



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

K.7

Dulvvi^{ch}

Vissus Franciplegii cum Curia barronis Johanne Calton Vidue firmaria Manerij predicta ibidem tenta Die Lune videlicet vicesimo sexto Die Octobris Anno regni Domine Nostre Regine Elizabethae Dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie fidei Defensoris &c. vicesimo sexto per Johannem Kytchin armiger Senescallum ibidem

Essonia Decennarii

Thomas Hamond, Johannes Hamond Willelmus Jackson Thomas Weldon Benedict Smythe, Johannes Ambler et Thomas A Becke, Sunt Decennarii infra precinctum Vissus Fraunci plegii et essoniaverunt

Juratores pro Domina Regina et De homagio

Xpoferus Curson
Thomas Claye
Nicholaus Foster
Walterus Bone
Lawrencius Staple

Jurati

Saloman Sargeante
Henricus Mathewe
Johannes Hunte
Robertus Nelson
Johannes Heathe

Jurati

Johannes Lewis
Johannes Shotte
Thomas Fearinge
Thomas Shott
Thomas Salte^r

Jurati

Communis finis et annuatim - iiij^s

In primis Dicunt super sacramentum suum quod Communis finis huius manerij est annuatim colligendus et solvendus Domine huius manerij per Capitales plegios --- iiij^s Et modo solutus est Domine --- iiij^s per Thomas[sic] Claye Capitalis plegium, et adhuc aretro existit fere per spacium Duorum annorum -----

Decennarii qui fecerunt defaltam

Item Dicunt quod Johannes Crofte, Johannes Bedell Johannes Cassenger, Sunt Decennarii et debent sectam ad Vissum Franci plegii et fecerunt defaltam Ideo quilibet eorum in misericordia ut patet super eorum Capita

Misericordia

Item Dicunt quod Willelmus Coo constituit alienum scindere boscum super vastum domine contra ordinationem inde prius factam ad ultimam Curiam factam, Ideo ipse in misericordia Domine ----- iijs iiijd.

- Misericordia **Item** Dicunt quod Anthonius [blank] brachiatoꝝ de Lambeth vendidit infra Manerium istud potum insalubrem Ideo ipse in misericordia Domine ----- ijs.
- Misericordia **Item** Dicunt quod [blank] Brooksbey Vidua vendidit potum insalubrem infra Manerium istud, Ideo ipse in misericordia Domine ----- iiijd.
- Pena posita **In primis** ordinatum est quod Thomas Wyghtman generosus escoraret fossatum suum apud Carters hall in Longitudine Viginti Virgatas, ante festum Pasche proximum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet Virgata inde ----- iiijd.
- Pena **Item** ordinatum est quod Dictus Thomas Wyghtman escoraret fossatum [apud] Kenelles ubi necesse fuerit ante Dictum festum Pasche proximum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet inde Virgata ----- iiijd.
- Pena **Item** ordinatum est quod Henricus Hunter escoraret fossatum suum ab Homandes gate usque Newlandes in Longitudine octo Virgatas ante festum Purificacionis beate Marie Virginis proximum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet Virgata ----- iij d.
- Pena **Item** ordinatum est quod Johannes Staples escoraret fossatum apud Newlandes in Longitudine Decem Virgatas ante predictum festum Purificacionis beate Marie virginis proximum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet Virgata ----- iiijd.
- Pena **Item** Ordinatam est quod Willelmus Dalton faceret scalas legales ad itinerandum super montem in Clausura sua ante festum omnium sanctorum proxime futurum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet septimana inde in Defectu ----- x s.
- Pena **Item** ordinatum est quod Johannes Spademan faceret scalam legalem apud finem Domus suis in campum vocatum Wardes feild ante predictum festum omnium sanctorum proximum Sub pena forisfaciendi Domine pro qualibet septimana inde in Defectu ----- x s.

Pena **Item** ordinatum est quod Johanna Turno^r Vidua escoreat et manuteneret le sluce que ducit
aquam ab Domibus, ante Vicesimo diem novembris proximam Sub pena forisfaciendi Domine ----- iiiij s.

Pena **Item** ordinatum est [quod] Elizeus Parrye emendaret et recte constitueret sepem suum ante
predictum festum purificationis beate Marie virginis proximum Sub pena forisfaciendi Domine ----- x s.

Pena **Item** ordinatum est quod Robertus Scott removeret sepem suum ab vasto Domine et recte
constitueret eandem sepem inter ipsum et xpoferum Curson ante predictum festum purificationis proximum. Sub
pena forisfaciendi Domine ----- x s.

Jurati in legianciam Domine regine Willielmus Nevett Edmundus Curson Gabriell Shawe et xpoferus Cassenger Sunt etatis
Duodecim annorum et amplius et modo Jurati sunt in legianciam Domine regine -----

Constabularius Walterus Bone ellectus est in officio predicto pro hoc Anno et Juratus est

Capitales plegii Johannes Scott ellectus est in officio predicto pro hoc Anno et Juratus est

Gustator servicie Henricus Mathewe ellectus est in officio predicto pro hoc Anno et Juratus est

Thomas Fearinge ellectus est in officio predicto pro hoc Anno et Juratus est

Modo de Curia Barronis

vjd.

Tenentes qui fecerunt defaultam **In primis** Dicunt super sacramentum suum quod Bene[di]ct[a] Fromans Vidua, Johannes Crofte et
Elizabeth Wryght Sunt Tenentes Curie barronis et Debent sectam Curie barronis et Debent[sic, ad] sectam[sic, hanc]
Diem fecerunt Defaultam Ideo quilibet eorum in misericordia ut patet super Capita eorum --- ---

Admissio Elizei Parrye **Item** Dicunt quod Robertus Wythe armiger tenens Customarius huius Manerij, citra ultimam
Curiam et extra Curiam secundum Consuetudinem huius Manerij, sursumreddidit in manus Domine per manus xpoferi
Curson et Thome Warde Duorum Customariorum tenentium huius Manerij, unum Messuagium sive tenementum
cum pertinentiis et Decem acras terre sive plus sive minus modo vel nuper in tenura sive occupacione

finis v^{el} x^s

xpoferi Heath vel aliquorum Assignatorum Dicti Roberti Wythe Ad opus et Usum Elizei Parrye heredum et assignatorum suorum imperpetuum. Qui quidem Elizeus presens hic in Curia petit se ad predictum Messuagium sive tenementum cum pertinentiis et Decem acras terre cum pertinentiis admitti, Cui quidem Elizeo Domina per senescallum suum inde concessit seisinam per virgam . Habendum et tenendum . eidem Elizeo heredibus et assignatibus suis imperpetuum per virgam ad voluntatem Domine secundum Consuetudinem Manerij per redditus servicia et consuetudines inde prius Debita et consueta, et harrietable cum acciderit Et dictus Elizeus Dedit Domine De fine prout patet in Margine, et fecit Domine fidelitatem et admissus est inde tenens . Et modo accidit Domine una harrieta secundum consuetudinem huius Manerij virtute huius sursumreddicionis.

Bowyer

Item Dicunt quod ad Curiam tentam infra Manerium istud undecimo Die Aprilis Anno regni Dicte Domine Regine nunc vicesimo quarto Thomas Ode in propria persona sua in eadem Curia sursumreddidit in manus Domine Undecim acras terre Customarie lacentes apud Howlettes bridge cum pertinentiis Ad opus et usum Edmundi Bowyer armiger heredum et assignatorum suorum imperpetuum, unde accidit Domine de harrieto una equa precij ---- xl^s. Et modo ad hanc Curiam ulterius Dicunt quod Elizabeth Ode nuper Uxor predictae Thome Ode, extra Curiam sursumreddidit in manus Domine per Manus xpoferi Curson et Thome Warde Duorum Customariorum tenentium huius Manerij, totum Jus, titulum statum Clameum Interesse et Demandam De et in eisdem Undecim acris terre, cum pertinentiis . Ad opus et Usum prefati Edmundi Bowyer heredum et assignatorum suorum imperpetuum .

Admissio
Thome Calton

Item ad hanc Curiam venit Willelmus Dalton tenens Customarius huius Manerij in propria persona sua [et] sursumreddidit in manus Domine unam acram terre cum pertinentiis vocatam beardes quondam Walteri Dove, prout per Rotulis Curie gerentem Datum Anno Vicesimo quinto henrici Octavi apparet, Et postea Walteri[sic, Samuelis] Dove filii Dicti Walteri, prout per Rotulum Curie gerentem Datum Anno sexto regine nunc apparet, et modo Dicti Willelmi Dalton ex sursumreddicione dicti Samuelis prout per rotulum Curie gerentem Datum Anno Decimo sexto regine nunc apparet. Ad opus et Usum Thome Calton filii

dicte Johanne Calton heredum et assignatorum suorum imperpetuum . Qui quidem Thomas per Henricum Calton gardianum suum petijt ad predictam acram terre cum pertinentiis admitti, Cui Domina per senescallum suum predictum inde concessit seisinam per Virgam, Habendum et tenendum eidem Thome Calton heredibus et assignatibus suis per Virgam ad voluntatem Domine secundum consuetudinem huius Manerij per redditus per annum ----iiij^d Et alia servicia inde prius Debita et consueta. Et ad hanc Curiam dictus Thomas Calton per gardianum suum predictum admissus est inde tenens . fidelitas tamen dicti Thome respectuat^{ur} usque plenam etatem suam, Et Domina ex gracia sua pardonavit finem dicti Thome Calton

Plus patet huius Curie De Dorso rotule huius / /

[End of J9 [previously K7] (recto). J9 [previously K7] (verso) continues below.]

Roll J9 [previously K7] (verso) [Monday] 26 Oct 1584 (continued)

K 7 v

Seisura

Ad hanc Curiam preceptum est Ballivo seisire in manus Domine Dimidiam acram
Newmans feild
terre lacentem in *Newlandes alias* nuper in tenura sive occupacione Johannis Crofte vel
assignatorum suorum et respondeat Domine de proficiis inde . /

proclamacio
prima

Ad hanc Curiam prima proclamacio facta est quod Johannes Crofte ostendered[*sic*] ad proximam
Curiam hic infra Manerium istud tenendam quo titulo tenet Unum messuagium sive tenementum et
dicti
tresdecem acras terre modo in tenura Johannis Crofte vel assignatorum suorum venirent et
audirent^{ur} vel aliter seisirent^{ur} in manus Domine ---

Incrochiamentus **Item** dicunt quod furnax Domus Johannis Crofte incrochiat^{ur} paulum super
terr^{am} Edmundi Bowyer armigeri

Afferatus per xpoferum Cursone et
Nicholaum Foster }

executus per me Johannem Kytchyn Senescallum §

[End of J9 [previously K7] (verso), apart from, at the bottom :]

*Court
Rolls from y^e
18th to y^e 26 of
q. Elizabeth*

[End of J9 [previously K7].]